

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 128–128v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 121 [Gn. 116]

[121 § 1] De eo. Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fuerit.

Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Vocavit eosdem seniores de Schartania, et quatuor canonicos, qui habuerint prelaturas in summo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus cancelarius. Insuper recepit quatuor barones, ecclesie maioris feodalis et Meydeburgis. Unus fuit marschalcus, secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper [/] recepit undecim scabinos de civitate et scultetum duodecimum. Insuper recepit tres duces laicos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator accepit eosdem viginti et octo viros prenotatos et super sedes ipsos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex parte sui, quecumque sententia in Mayeideburg [s] diffiniri non posset, aut reprobaretur, ibi deberet recipi, hoc rite ac rationabiliter pro iure [k. 128v] municipali teneri deberet.

[121 § 2] De eo. Et cum sententia ante pallaciam data fuerit, tunc debet dari in signum hii xxviii viris.

Et cum sententia ante palaciam data fuerit, tunc debet dari in signum hiis viginti octo viris, cuilibet unum solidum aureorum, et quivis solidus debet valere duodecim solidos talis pecunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem talis consuetudo fuerit forisare. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marce auree, et quivis marca aurea debet duodecem marcas argenteas valere. Hoc datur hiis viginti octo. Hoc illi dare [/] tenentur, quibus sententia ad profectum vel ad utilitatem fuerit inventa vel diffinita. Sed iste, qui in sententia defecerit, solvere debet expensas. Si autem ille in sententia defecerit, qui eam reprobaverit, extunc solvere tenetur, quam ille, cui sententia data fuerit ad perfectum.

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, wyrok, odwołanie, apelacja]